

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Liberalitas i
cum fonte primo

Est alia probanda liberalitas ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius enim est ut ipse subuenias tuis quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere aut alicui postulare subsidium necessitati.

Ibidem (Ambrosius de officiis libro I.).

Est etiam illa probanda liberalitas ut proximos seminis tui non despicias si egere cognoscas. Melius est enim ut ipse subuenias tuis quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere aut alicui postulare subsidium necessitati,
non tamen ut illi ditiores eo fieri uelint quod tu potes conferre inopibus; causa enim praestat, non gratia.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1, 30, 150 (CCSL 15, M. Testard ed., p.55, ll.66-69).